

monium ex solo ætatis defectu esset irritum, oriretur ex illo impedimentum publicæ honestatis vsq; ad solum primum gradum: vt ex sponsalibus validis oriri attento decreto Tridentini diximus eadē disput. 68. n. 10. Cū id matrimonium vim habeat legitimorum sponsalium.

9 Ex his deducitur, non oriri hoc impedimentum, quoties matrimonium est irritū ratione metus cadentis in virum conflantem. Quia est nullum defectu liberi cōsensu. Ita Glos. elem. vnica, verb. matrimonialiter, de cōsang. & ibi Immol. n. 3. Sorus 4. d. 41. q. vni. ar. 2. col. penul. Petrus de Soto. lect. 10. de matrim. ad finem.

10 Secundo deducitur, nec oriri vbi matrimonium non valet ratione erroris personæ. Quod sit nullum defectu cōsensu. Ita Sorus. n. præcedenti allegatus.

11 Conferret tamen hoc impedimentū, si matrimonium sit irritū ratione solius interni cōsensu defectu, vt in sponsalibus probauit disp. 68. n. 14. Et quāuis ibi. n. 16. id tēperari. nisi sponsalia sint clandestina: & in matrimonio eandē limitationē admittant Palud. Nau. Gieta. ibi allegati. Et post Tridentinū Nau. summa latina. c. 22. nu. 58. Et Emmanuel Sa, quem hac disp. n. 3. fin. allegauit. At si sit omnino clandestinū, id est, sine parrocho, & testibus contractum, dicam n. 13. nunquā oriri hoc impedimentum. Si verò coram illis celebreretur, iam non est occultum, & ita orietur publica honestas.

12 Tertiò deducitur, non oriri hoc impedimentum, vbi matrimonium est cū incerta personā, vt duco vnam ex filiabus Titij. Quod de sit cōsensu legitimus ad matrimonium petitus, qui debet esse inter personas determinatas. Et ita in sponsalibus incertis non oriri ex eis impedimentum, dicitur. c. vnico, de sponsal. in. 6.

13 Quartò deducitur, nec oriri, quando matrimonium est clandestinum, cui, nempe, deficit presentia parrochi, & duplicis testis. Quia id matrimonium claudicat ex parte formæ, non enim habet formā & figuram matrimonij, quā post Tridentinum est cōsensu præstitus corā parrocho, & testibus. Et ideo lib. 1. disp. 20. n. 3. cōclusimus nec id matrimonium vim sponsalium habere. Et Doctores huius sententiæ reuerti hac disp. n. 11. Si tamen amplectatur sententia probabilis afferens matrimonium clandestinum valere hodie vt sponsalia, modò aliud impedimentum non interueniat (quam reuerti lib. 1. disp. 20. n. 2.) dicendum subinde

esset oriri inde impedimentum vsq; ad solum primum gradum, tanquam ex sponsalibus validis.

14 Si autem matrimonium inuē sit per parentes, vel alios, nomine filiorum presentium, & tacentium, vel absentium, dicendum est idem, quod dixi disp. 68. nu. 8. circa sponsalia sic inita. Quippe vtriusque quæstionis decilio pendet ex valore talium sponsalium, aut matrimonij. De quā re egi in loco ad quem ibi me remisi. Quamuis enim ex matrimonio irritō oriatur hoc impedimentum: at non oritur vbi non valet defectu cōsensu (vt nu. 5. diximus,) & in hoc euentu, si non valeat, est defectu cōsensu: quia aut filij non ratificauerunt matrimonium ipsis absentibus contractum: aut si præsentibus erant, eorum taciturnitas non fuit sufficiens interni cōsensu signum. Cōsensu autem ad matrimonium desideratum signo aliquo externo manifestatus. Quod si parentibus contrahebentibus pro filijs tacentibus, ac præsentibus, ipsi interius dissentirent: quamuis matrimonium esset irritum defectu cōsensu, foris tunc hoc impedimentum. Iuxta tradita, nu. 11. Quia taciturnitas illa fuit sufficiens cōsensu indicium: ac proinde matrimonium illud in exterioribus habuit omnia requisita ad eius valorem, vt in simili diximus de sponsalibus, disput. 68. n. 18.

15 Vtrum verò inter infideles, ex matrimonio etiam consummato inualido oriatur aliquod vinculum naturale impediens post baptismum iniri coniugium cum consanguineis illius coniugis? dixi disput. 65. nu. 5. & 6.

16 Nec hoc impedimentum est restrictum per Trid. sess. 24. de mat. c. 3. ad primum gradū, quamuis oriatur ex matrimonio irritō, sed durat vsq; ad quartū gradū, sicut olim. Sic enim declarauit Pius. V. in motu proprio, cuius verba. n. 5. retuli: vbi dedit durare in omnibus gradibus, in quibus antea dirimebat matrimonium. At ante Tridentinū impedimentū publicæ honestatis ortū ex sponsalibus etiā irritis durabat vsq; ad quartū gradum (vt probauit disp. 68. nu. 9.) nedum ex matrimonio. Et ita aduertit Veracruz appendice ad Speculū, vbi de impedimento affinitatis. in fin. Valentia. 4. p. disp. 10. q. 5. puncto. 3. vbi de impedimento publicæ honestatis. Barthol. à Ledes. dub. 43. de mat. fol. 1480. Emmanuel Sa summa, verb. matrimonij, vbi de impedimentis dirimentibus. n. 12. Manuel. 1. tomo funi-

mæ. 2. edition. c. 234. n. fin. Quare nō videtur motū proprium aliqui Doctores, qui dixerat impedimentum publicæ honestatis, cōsurgens ex matrimonio rato restrictum esse per Triden. d. c. 3. ad primum gradum, instar cōsurgens ex sponsalibus. Hi sunt Ouand. 4. d. 41. q. vnic. fin. Toledo lib. 7. summe. c. 10. fin. Ludouic. Lopez. 2. p. in structorij, vbi de mat. c. 50. fol. 1147.

17 Non tamen contrahitur hoc impedimentum cum affinibus spōsæ de præsentibus, sed cum solis cōsanguineis. Quod textus hos solos explicent. Sicut dixi de sponsalibus, disput. 68. n. 3.

18 Estque hoc impedimentum perpetuum, nec morte alterutrius sponsi de præsentibus extinguitur, vt de sponsalibus probauit disput. 68. nu. 20.

19 Vtrū autem matrimonium contractum eū consanguinea prioris spōsæ de futuro, dissoluit priora illa sponsalia, ita vt nequeat iam sponsus ille priorē eam sponsam de futuro accipere in vxorē: & idē si frater spōsi priorē illam sponsam ducat? dixi disput. 68. n. 23. & duplici sequenti.

20 Hactenus egimus de matrimonio rato absoluto. Tā de conditionali habendus est sermo. Et quidē si loquamur de illo quādo esset inuē sub cōditione verè suspensiuā, vt potē de futuro, honesta, ac contingenti, (nam quando est turpis, aut impossibilis, aut de præterito, vel præsentibus, & est vera: vel quādo est necessaria, aut tacite inest, diximus disp. præcedenti, num. 4. 5. 6. 7. & 8. contractum non suspendi, sed esse absolutum, & oriri statim impedimentum publicæ honestatis) vt accipio te in vxorē, si pater tuus voluerit: Petrus de Ledesma de matrimonio. q. 55. art. 4. dubio penultimo, censef diuersimodē loquendū esse iuxta diuersas sententias. Nam retenta sententia Iuris peritorum dicentium id matrimonium statim impleri conditione effici validum absq; nouo cōsensu, dicendum est oriri ex eo impedimentum publicæ honestatis, tanquam ex sponsalibus validis absoluto, quamuis conditio impleta minimē sit. Quia tale matrimonium cum sit perfectior contractus sponsalibus, includit emittentem ante conditionis euentum vim spōsalium absolutorum. At secus dicendū est, retenta sententia sustinenti non effici matrimonium impleri conditione, nisi nouus accederet cōsensu. Quia cū iuxta eā sententiam is contraclus solum sponsalium conditionalium vim habeat, nullum ex eo ante conditionis euentum oriatur impedimentum.

21 Sed verius multò est, iuxta neutram sententiam oriri ex tali matrimonio ante conditionis euentum impedimentum aliquod. Quia nulla ratione habet vim contractus absolute absoluti, sed solum sponsalium sub conditione initorum, aut matrimonij conditionalis, & proinde ante conditionis euentum nullus adest perfectus cōsensu. Non ergo orietur impedimentum. Quippe ob hanc rationem deciditur. c. vnico, de sponsal. in. 6. non oriri impedimentum ex sponsalibus conditionalibus, ante euentum conditionis. Et ita tenet Henriquez lib. 12. de matrim. c. 10. n. 2.

22 Post euentum autem conditionis, si teneamus non perfici matrimonium absque nouo cōsensu, sed eum contractum tunc habere vim sponsalium absolutorum (vt sustinet valde probabilis sententia, quam reuerti lib. 5. disput. 8. num. 5.) dicendum est, ante nouum cōsensum perficientem matrimonium, oriri impedimentum publicæ honestatis, sicut ex sponsalibus absolutis, nimirum, vsq; ad primum gradum. Et ita tenet Petrus de Ledesma, num. 20. relatione euentum statim euenient conditione perfici absq; nouo cōsensu matrimonij absoluti (quod tenuimus eadem disp. 8. n. 3.) dicendū omnino est, oriri impedimentū vsq; ad quartū gradū, sicut ex matrimonio. Et ita ait idem Petrus de Ledesma dicendum esse retentā hac sententia.

DE IMPEDIMENTO DISPARIS cultus.

DISPUT. SEPTVAGESIMASPRIMA.

An inter dispare cultu, vt inter fidelem, & infidelem, & iam carechum, sit irritum matrimonium: & quo iure?

SUMMARYM.

Matrimonium inter fidelem & infidelē est irritum, n. 1.

Idem inter fidelem & catechumenum, n. 2.

Idem si infidelis sit baptizatus contrahat cū Christiana, n. 3.

Idem si hereticus contrahat cum infideli, n. 4. & ibi remissio de sponsalibus initiis sub conditione, si convertatur infidelis.

Matrimonium fidelis cum infideli, est iure diuino naturalis vetitum, n. 5.

An sit eodem iure irritum? Refertur quadā sententia, n. 6.

Propositio sententia Authoris, n. 7.

Irritatio hac non habetur ex lege aliqua Ecclesiastica, sed ex vsa Ecclesie, n. 8.

An inter Indos recens conuersos valeat matrimonium fidelis cum infideli, n. 9.

An Pontifex dispensare possit ut fidelis cū infideli contrahat? & ea dispensatio absque causa valeat, n. 10.

Satis sit argumentis, n. 11.



Irca impedimēti huius difficultates enucleandas cum ordinē seruabimus. Primò quidem de matrimonio inter dispares cultu, aut fide, sermo erit in hac, & sequenti disputatione. Deinde de cōtracto inter ipsos infideles quoad eius valorem, & dissolutionem per transtrum alterius ad fidem. Tandem de facultate tunc concessa fidelis transeundi ad aliud matrimonium, religio nem, aut ordinē, & similiter de facultate concessa ipsi infideli. In præsentī ergo disputatione id tanquam certissimum supponendum est, matrimonium inter dispares cultu, nempe, inter fidelem & infidelem esse irritum. Quod vniuersi Theologi, ac iuris viri, & professores absq; controuersia fatentur. Et constat ex dicendis, n. 7. & 8.

Imò et personam baptizatam, & catechumenā est irritū matrimonium. Quod catechumena baptismo, qui sacramentū ianua est, caret, quamuis fidem reneat, & in gratia constituta esse possit. Et hoc est quod ait textus, c. caue, 28. q. 1. si Christiana sit, non est scis, nisi ambo initiati sitis sacramento baptismatis. Vbi glossa, verb. si Christiana, explicat, id est, catechizata. Et ita docent ex Theologis, D. Tho. 4. d. 39. q. vnicā, ar. 1. ad 5. Albertus Magnus ea. d. 39. ar. 4. D. Bonau. ibi, in expositione literæ, n. 1. Richard. ar. 1. q. 1. in fine corporis, Palud. q. vnica, ar. 1. nu. 7. Supplementum Gabrielis, q. vnica, ar. 1. fin. D. Anton. 3. p. tit. 1. c.

6. statim in principio. Sotus, 4. d. 59. q. vnica, ar. 2. col. 6. vers. hinc sit, & ibi Palacios disput. vnica, col. 5. vers. & si alter. Quoadus ibi, disput. vnica, propositione. 8. Viguerius lib. instit. cap. 16. §. 7. vers. 9. impedim. 10. Veracruz, 1. p. Speculi, art. 32. dubio. 1. post. 7. conclus. vers. sed tamen. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 13. n. 3. Toledo lib. 7. summa. c. 7. n. 1. Philiarus de officio facer dotis, tom. 1. p. 2. lib. 2. c. 5. fin. Valentia. 4. p. disput. 10. q. 5. puncto. 3. vbi de impedimento disparis cultus. Petrus de Ledef. de matrim. q. 59. ar. 1. fin. Ludouic. Lopez. 2. p. instr. d. vbi de matrim. c. 53. notabili. 2. Bartholom. à Ledef. de matrim. dubio. 5. 4. post. 3. conclus. Vega. 2. tomo summa. c. 3. 4. casu. 78. & 138. Vivaldus candelabor. sacram. 1. p. vbi de matrim. n. 217. Hieronymus Llamas. 3. p. methodi curacionis animarum. cap. 8. §. 12. fin. Et ex Iuris peritis, glossa. c. caue, verbal. tenam. 28. q. 1. Alberticus in suo dictionario, litera. I. verb. infidelis, vers. quid de fidelibus. Rainerius. 2. p. summa, tit. de matrim. c. 21. Ioan. de Triburgo in summa cōfessorum, lib. 4. tit. 10. q. 16. Asten. 2. p. summa, lib. 8. tit. 21. ar. 1. q. 1. Rosella, verb. impedimentum, impedimento. 9. n. 1. Supplementum summa Pifa n. 1. impedimento. 9. n. penul. & ibi Tabien. impedim. 8. n. 1. Angel. verb. matrim. 3. impediment. 10. initio. Sylu. verb. matrimon. 8. q. 10. dicto. 3. Turrec. c. si quis gentilis, ar. 1. n. 2. in solutione ad 3. & c. caue. n. 1. 28. q. 1. Nauar. summa. c. 2. n. 49. & lib. 4. consil. 1. edition. tit. de clandest. desponsat. conf. vltim. nu. 16. Anton. Curus lib. 5. instit. maiorum, tit. 1. 2. n. 93. Gaeta repetitione. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. q. 169. n. 423. Vgolinus de sacram. vbi de matrim. c. 19. n. 6. Nec obstat decretum concilij Calcedonen. c. 14. vbi permittitur contrahatū fidelis cum infideli spondente se fide recepturum: intelligitur enim de sponsalibus de futuro sub ea conditione cum infideli initiis, si ad fidem conuertatur. Que valida esse dicemus, n. 4. & ita explicat Sotus proximè allegatus.

Hinc deducitur, non esse audiendos Archid. c. non oportet. n. 4. 28. q. 1. & ibi Bellemeran. n. 3. asseretes valere matrimonium Catholicū cum fide baptizata. Cū enim ea sit vera infidelis, vt potē que coram Deo verum baptismū non suscepit, nequit validè fideli nubere.

Rursus deducitur, nec valere matrimonium, si hæreticus, aut apostata cū infideli

contrahat. Quòd illi tanquā verè baptizati subdantur legibus Ecclesie: matrimonium hoc irritantibus. Quod benè docet Enriquez lib. 12. de matrim. c. 13. n. 4. fine. An verò valeant sponsalia inter fidelem, & infidelem, sub ea conditione, si hic conuertatur, & impleta conditione fiant omninò legitima? Dixi lib. 5. nu. 22. & sequentibus.

Secundò supponendum est, matrimonium fidelis cum infideli vetitum esse iure diuino naturali, ac proinde secluso quouis iure Ecclesiastico nullatenus licere, nisi in aliquo speciali euentu ita vrgens causa occurreret, vt recta ratio id matrimonium tunc in eundem diceret. Quod statè Sotus, 4. d. 59. q. vnica, ar. 2. colūna. 4. vers. apparet ergo. Petrus de Ledefma de matrim. q. 59. ar. 1. dubio. 3. Bartholomæus de Ledefma dubio. 5. 4. de matrim. post 2. conclusionem. Vega. 2. tomo summa; c. 3. 4. casu. 136. Et id supponit Bellarminus lib. 1. de matrim. c. 23. conclus. 1. Et probatur ex c. 7. Deuteron. vbi Deus interdixit matrimonium Hebræorum cū Gentilibus. Atque id præceptum fuisse partim morale, manifestè ostendit ratio ibidem eius præcepti subiuncta. Quia sedulo certissimè auertent corda vestra, vt sequamini deos alienos. Secūdd id constat ex eo loco D. Pauli 2. Corint. 6. Nolite sugam ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitia cum iniquitate, aut que societas lucis ad tenebras: aut que pars fidelis cū infideli? Quæ locum D. Hieronymus lib. 1. ad Iouinianum, & epistola ad Gerotiam, intelligit de coniugio fidelis cum infideli. Quòd si de omni commercio cum infidelibus vitando, cum Theophylacto, & communiter expositioribus eum locum intelligamus, à fortiori cōtractus matrimonij interdictus censetur, in quo est summa coniunctio, & familiaritas. Et, 1. ad Corinth. 7. Mulier, si dormierit vir eius, liberata est: cui autem ualeat nubere, tantum in Domino. Quod D. Ambrosius, Theophylactus, D. Anselmus, D. Thomas, Sedulius, Caietan. in eum locum intelligunt de matrimonio cū infideli in eundem. Et similiter intelligunt D. Hieronymus lib. 1. aduersus Iouinianum: & Tertollianus lib. 2. ad uxorem. Et quāuis D. Augustinus dubius sit circa hoc, at hunc senium admittit lib. 1. de adulter. cō-

iugis. cap. 25. Tertio, quia litium modis matrimonium fini ipsius aliquo modo aduersatur. Cū enim finis matrimonij non sola prolis generatio sit, sed etiam legitima eius educatio, prolesque apud vtrumque parentem educari debeat, vbi parentes religione dispares sunt, nequibit proles benè educari: veteris enim parens ad suam religionem pertrahere conabitur. Et confirmatur, quia aduersatur quoque alteri matrimonij fini rectè comparando, qui est mutua coniugium habitatio. Ea quippe inter religione dispares vix quæta, & tranquilla esse poterit, sed innumeris discordijs plena. Quartò, quia ius diuinum naturale dicit, peccandi periculum totis viribus cauendum esse. At præstanteum valde periculum imminet peruerfionis coniugis fidelis, ac lapsus ipsius in infidelitatem, ob mutuum amorem, & ardensimam accessitudinem, qua coniuges deuincuntur, si alter sit infidelis. Quod lapsus Salomonis viri mira sanctitate, ac sapientia præditi testatur: ob coniugium enim cum feminis idololatris ad eorum idola colenda tractus est. Nedium id timendum erit cæteris fidelibus, qui nec ea sanctitate, nec ea sapientia pollenti. Deinde proles etiam in magnum lapsum in infidelitatem discrimen adducitur, & vniuersi Gentilitio ab infideli educetur. Tandem impediuntur vniuersa religionis Christiane officia, que fidelis coniug præstare tenetur, infidelis enim ea ægerimè feret.

Tota verò difficultas est, an ita id matrimonium iure diuino interdictum sit, vt eodem iure sit etiam irritum? Quidam id affirmant. Ducuntur testimonijs sacre pagine. nu. præcedenti adductis. Secūdd, quia altis Ecclesia non possit irritare matrimonium cum infidelibus, vt potē que in eos potestate caret. Tertio, quia nec reperitur locus, vbi id irrietur. Textus enim, qui de irritatione loquuntur, vel sunt ex sanctis, vel ex Concilij provincialibus desumpti: nec clarè dicunt esse irritum: vt n. 8. dicemus. Quartò, quia eum Christus instituerit, in noua lege matrimonium esse sacramentum, & tale nequeat esse fidelis cōtractu cum infideli, eò quòd hic sit sacramentum incapax, videtur eò ipso id matrimonium irritum reddidisse. Quintò, quia rationes adductæ, n. præcedenti videntur suadere id matrimonium iure nature irritum esse: vt potē quod fini ipsius repugnat. Tandem, quia matrimonium

obligat ad habitandum, ac reddendum debitum, ad quod astringere nequit matrimonium fidelis cum infideli. Sed ille nec tenere habitat, nec reddere debet. Vt ex testimonio D. Pauli. 1. ad Corint. 7. colligunt Doctores, & dicemus disput. 73. ergo id matrimonium iure ipso naturali est irritum. Et ideo iure diuino esse irritum tenet Catharinus lib. 5. contra Caiet. c. de matrimonio. Viguerius lib. institutionum. c. 16. §. 7. vers. 9. impedimento. 10. & dicit esse probabile Petrus de Ledesma allegandus nu. sequenti. Et est clare huius sententia Paulus Grillandus de pœnis omnifariam coitus. q. 12. num. 4. vbi ait, Pontificem non posse in hoc dispensare. Et citatur pro hac sententia Arboreus libr. 11. Theosophia, cap. 16. at id non dicit.

7. Ceterum multò verius est, non esse id matrimonium irritum aliquo iure naturali diuino, aut diuino positio, sed solo iure Ecclesiastico. Et non esse diuinum naturale inde probatur, quia coniunctio fidelis cum infideli non aduersatur omnino fini matrimonij, potest enim inde procreari soboles, ac in cultu Christiano educari, quantum recte, & facili eius finis consecutioni obstat. Secundò, quia in lege naturæ aliquo eiusmodi matrimonij initia sunt. Quale fuit Iacob cum filiabus Labaethnici. Genes. 29. Ioseph cum Egyptia Putipharis filia. Genes. 41. Moyses cum filia Ietro Aethiopsia. Item tale matrimonium in lege scripta Hesther cum Assueo. Hesther. 2. Salomonis cum filia Pharaonis. Regum. 3. c. 13. Et in lege gratiæ ea matrimonium frequentissima fuisse suo tempore testes sunt D. Hieronym. lib. 1. in Iovinianum, D. Augustinus lib. de fide & operibus. c. 19. nec irritabatur, quamquam ea non vacare culpa existimaretur. Et sancta Monicha pagano nupsit, teste Diuo Augustino libr. 9. Confessionum, cap. 9. Tertiò, quia matrimonium personæ fidelis cum heretica ferè eadem incommoda contra matrimonij finem affert, ac fidelis cum infideli. Aduersatur enim bonæ proles educationi, mutua coniugum tranquillitati: creatque non immodicum coniugis catholici pervertendi discrimen. Et tamen nullus dicit, hoc matrimonium esse iure naturali irritum. Deinde non esse iure diuino positum inde ostenditur, quòd in lege noua nullum ius diuinum positum sit, præterquam infidelis, & sacramentorum.

(Vt ostendimus disputatione. 72. nu. 2.) Cum ergo præceptum hoc non pertinet ad fidem, aut sacramenta suscipienda, sed ad contractum naturalem à Christo eleuatum ad sacramenti rationem ritè celebrandum, si diuinum naturale non est (vt probauimus: nec diuinum positum erit. Et confirmatur, quia Christus in matrimonio nil immutauit, quod ad ius naturæ pertinet, sed tantum id, quod contractus quidam naturalis erat, eleuauit ad esse sacramenti. Vt habet commune Theologorum axioma. Secundò, quia testimonia ex utroque testamento relata. n. 5. solù probant, id matrimonium iure diuino interdictum esse: nec in illis de matrim. irritatione mentio fit. Cum tamen stet matrimonij iure diuino naturali, vel positio interdicti, nec esse irriti eodem iure. (Vt probauit disput. 71. n. 3.) Nec inuenitur testimonij aliquod irritans, nisi Esdra. 1. c. 9. & c. 10. vbi Esdra interpretante legem Domini in Deuteronomio latam, separati sunt Hebræi à cõiugibus infidelibus, quas duxerant. Sed id præceptum querens irritans prædicta matrimonia iudiciali fuisse, ac subinde morte Christi expirasse, vel ex eo manifestum est, quòd cum solis infidelibus incolis terræ Chanana cõiugia interdicta sint. Quare cum 1. Esdræ. c. 9. numerantur Egyptij inter eos infideles, sermo est de Egyptijs eiusdem terræ Chanana incolis. Vt annotauit Caietanus. Tandem esse irritum iure Ecclesiastico colligitur à sufficienti diuisione. Si enim est irritum ex mente omnium, & non iure naturali, aut diuino positio, (vt probauimus,) restat, iure Ecclesiastico. Vbi autem sit hoc ius, numero sequenti dicemus. Et ideo huius sententiæ sunt ex Theologis Scotus. 4. d. 39. quæstio. vnicæ, artic. 2. & ibi. Diuus Bonauentura artic. 1. quæst. 1. Durandus quæst. 1. num. 8. Ricardus artic. 1. quæst. 1. Mayronis quæst. vnicæ, Thomas de Argentina quæst. 1. artic. 1. Paludanus quæst. vnicæ, artic. 1. num. 7. Maioris quæst. vnicæ, columna. 2. vers. fortè dieis. Supplementum Gabrielis quæst. vnicæ, artic. 1. statim in principio: & artic. 2. initio. Scotus quæst. vnicæ, artic. 2. columna. 3. vers. his tamen nihil obstantibus: & columna. 4. conclus. 2. Guillelmus Rubion. q. 1. artic. 2. conclus. 3. Nicolaus de Orbellis. q. vnicæ, Bassolis. q. vnicæ, art. 3. in fine corporis. Guillelmus Borrilong. q. vnicæ, artic. 2. immediatè ante tertiã conclusionem. Eckius

homilia. 71. de sacramentis. Victoria summa, vbi de matrimonio. nu. 294. Petrus de Soto ledesma. 9. de matrimonio. in impedimento disparis cultus. Nicolaus de Nijfa super. 4. Sententiarum, tractatu. 6. p. 3. de matrimonio. q. 6. conclusione. 3. Ledesma. 2. p. 4. q. 61. artic. 1. ad finem. Veracruz. 1. p. Speculi, ar. 32. dubio. 1. conclusionem. 3. Angles floribus. 1. p. vbi de matrimonio. q. 12. art. 1. in principio. Palacios. 4. d. 39. disputatione vnicæ, col. 6. vers. vnde quod, & columna. 15. vers. sufficit igitur, folio. 911. Quandus ibi, disput. vnicæ, propositione. 8. Bellarminus lib. 1. de matrimonio. c. 23. conclusionem. 2. & 3. Enriquez libr. 1. de matrim. c. 13. num. 2. & 3. Valentia. 4. p. disputatione. 10. q. 5. puncto. 3. vbi de disparitate cultus. Manuel. 1. tomo summa, secunda editio. c. 230. num. 2. Petrus de Ledesma de matrimonio. q. 59. art. 1. dubio. 2. in. 2. conclusione. Bartholomæus à Ledesma dubio. 54. de matrim. conclusionem. 2. & 3. Grassis. 1. p. decisionis, lib. 2. c. 85. nu. 11. Vitaldus candelabro sacrament. 1. p. vbi de matrimonio. n. 218. Vega. 2. tomo summa. c. 34. casu. 136. Et ex Iurisperitis, Calderinus cap. finali, de condit. oppos. Alexander de Neuo, ibi, num. 11. Rosella verb. Papa. nu. 6. Sylva verb. matrimonij. 8. q. 10. dicto. 3. Armilla verb. matrimonium. n. 36. Tabiena verbo impedimentum, impedimento. 8. nu. 1. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 11. nu. 1. Anton. Cac. lib. 5. institutionum maiorum, tit. 12. n. 94. Matienço lib. 5. recopil. tit. 1. rubric. glossa. 1. n. 159. Mozzius de contractibus, vbi de matrimonio. tit. qui possunt matrimonium contrahere. n. 27. Alexander. Carreterius lib. 1. de sponsalib. c. 20. Vgolinus de sacram. vbi de matrim. c. 19. n. 6. & est communissima sententia.

8. Quòd si obijcias, nullum esse ius Ecclesiasticum irritans matrimonium fidelis cum infideli. Quippe omnes canones, qui ad hoc allegantur, vel sunt ex sanctis, vel ex Concilijs prouincialibus desumpti: vel loquuntur de speciali coniugio inter Christiani & Iudæi: nec expresse dicunt matrimonij fore irritum, sed tantum illud prohibent. Vt constat ex c. caue, c. non oportet, c. si quis Iudæica. c. Iudæi. 28. q. 1. Adde aliquos ex ijs canonibus eodè tenore interdicere matrimonium fidelis cum heretica: vt d. c. caue, & c. non oportet. & Cõcil. Calcedonense generale. c. 4. Quod tamen non esse irritum dicemus disput. sequenti,

in. 2. Fatendum quidem est, nullum esse textum, quo hæc irritatio inducatur, & ita eò non haberi ex lege aliqua Ecclesiastica scripta: sed ex receptissima Ecclesiæ vsu vim legis obtinente, & ex Apostolorum traditione. Et ita docent Sotus. 4. d. 39. q. vnicæ, ar. 2. columna. 5. vers. hæc autem. Petrus de Soto, Ledesma, Valentia. n. præcedenti allegati. Veracruz. 1. p. Speculi, ar. 32. dubio. 1. conclus. 4. Bellarminus lib. 1. de matrim. c. 23. propositionem. 2. & 3. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 23. n. 3. sine. Petrus de Ledesma de matrim. q. 59. ar. 1. dubio. 1. conclusionem vnicæ. Ludouicus Lopez. 2. in struorij, vbi de matrim. c. 53. notabili. 2.

Hinc infert Veracruz. 1. p. Speculi, ar. 32. dubio. 1. conclusionem. 7. videri probabile, inter Indos noui Orbis recens ad fidem conuersos valere matrimonium fidelis cum infideli. Quòd esset ratio consuetudinis, nempe, timor peruerisionis infidelis. Vt merito statim addidit non esse dicendum. Tùm, quia lex generalis Ecclesiæ ex antiquissimo eius vsu deducta non obligat, eò quòd in quodam speciali casu eius ratio deficiat. Tùm etiam, quia non sola ea est ratio, sed plures alias num. 9. retulimus.

Secundò deducitur, posse ex Pontificia dispensatione matrimonium iniri inter fidelem & infidelem. Cum Pontifex dispensare possit in omni iure Ecclesiastico, quo attentò est matrimonium hoc irritum. (Vt num. 7. probauimus.) Et ita docent Calderinus, Alexander de Neuo, Syluester, Thomas de Argentina, Mozzius, Vgolinus, Grassis cõ. nu. 7. allegati Tabiena verbo impedimentum, impedimento. 8. num. 1. sine. Armilla verb. matrimonium, num. 36. Sotus. 4. d. 39. quæst. vnicæ, artic. 2. in fine corporis. Manuel. 1. tomo summa, secunda editio, cap. 230. num. 2. Petrus de Ledesma de matrimonio. quæst. 59. artic. 1. dubio. 2. in corollario, quòd infert ex tertiã conclusionem, Bartholomæus de Ledesma de matrimonio, dubio. 54. post tertiam conclusionem. Vitaldus candelabro sacrament. 1. p. vbi de matrimonio. num. 230. Immo quantum absque vrgentissima causa eam dispensationem concedi nefas sit, valebit matrimonium virtute illius initum. Vt bene tradunt Sotus, & Bartholomæus à Ledesma maibibem. Quia solo iure Ecclesiastico irritum est, in quo dispensatio sine legitima causa concessa non frustratur suo valore.

Quod si obijcias, id matrimonium esse iure diuino naturali interdictum. (Vt. nu. 5. diximus.) Respondeo, quando Pontifex ex iustissima causa dispensaret, fore omnino validam dispensationem, vt matrimoniu valeat, & vt omni prorsus culpa vacet: si autem iusta causa desideraretur, ea dispensatio minimè excusaret contrahentes à peccato lethali contra ius diuinum, ac efficeret validum matrimoniu, vt potè quod solo iure Ecclesiastico irritetur. Sicut Pontifici dispensante absque legitima causa, vt Sacerdos vxorem duceret, valeret matrimonium, quod solo iure Ecclesiastico erat irritum, ac peccaret mortaliter Sacerdos contra votum, quod iure diuino matrimonium impletur.

Argumentum nu. 6. proposita responderetur. Ad primum dic, ea testimonia probare, id matrimonium esse iure diuino verum: quod num. 5. concessimus: non autem esse eodem iure irritum. Ad secundum dic, satis esse, Ecclesiam potestatem habere in personam fidelem, vt possit eius matrimonium cum infideli irritare. Cui enim

matrimonium postulet duos contrahentes habiles, eò ipso quòd Ecclesia reddidit inhabilem fidelem, vt cum infideli contrahat, corrumpit omnino matrimonium, quod claudicare nequit. Ad tertium constat ex dictis. n. 8. Ad quartum dic esse irritum in ratione sacramenti, quòd nequit iure diuino consistere, nisi inter duos fideles. At erit validum attento solo iure diuino, vt quidam contractus naturalis eo pacto, quo inter ipsos infideles valet. Ad quintum dic, eas rationes probare iure nature esse illicitum, tanquam aduersum rectè consecutioni finis ipsius matrimonij: non tamen eo iure esse irritum. Quia nò omnino aduersatur fini. Vt num. 7. ostendimus. Ad vltimum dic, ex eo matrimonio oriri obligationem cohabitandi, & reddendi debitum ex vtraque parte. Nam si infidelis postea conuertitur, abique alio nouo contractu adest ea obligatio. Si verò infidelis respuat conuerti, durante ea voluntate, suspensa erit ab extrinseco ea obligatio: sicut si post matrimonium coniux adulteretur.

DISPUT. SEPTVAGESIMASECUNDA.

An matrimonium personæ fidelis cum hæretica, vel apostata à Fide, validum sit.

SUMMARY.

Refertur sententia negans validum esse. *num. 1.*
 Proponitur contraria Authoris sententia. n. 2.
 An valeant sponsalia inter personam catholicam, & hæreticam, vel apostatam. n. 3.
 Qualis culpa in hoc matrimonio inueniatur. *num. 5.*
 An id matrimonium culpa vacet in Germania, & alijs locis, in quibus fideles cum hæreticis permixti sunt. n. 5.
 An licita sint pacta in ijs matrimonijs inita, vt educantur quidam ex liberis infide, alij verò hæresis ad hæresim. 6.
 Satisfit argumentis. n. 7.

VIDAM existimant, matrimonium personæ fidelis cū hæretica, vel apostata esse irritum. Ducuntur, quia id expressè habetur canone 72. sextæ Synodi generali. Ibi. Non licere orthodoxis cū hæretica coniungi, nec orthodoxam cū hæretica: sed & si quid eius

modi factū apparerit, irritas nuptias existimari, & nefarium coniugium dissolui. Nec potest dici, hæreticum pro infideli vsurari. Quia valde impropria esset locutio: & quia in principio illius canonis sermo habetur de hæretico cū catholica matrimonio in fine autè de coniugio fidelis cū infideli. Secundo, quia. c. nò oportet. 28. q. 1. quod est ex Còcil. Agathensi. c. 67. interdictum matrimonium catholici cū hæretica. Et. c. eadè 28. q. 1. æquè interdicitur ac matrimoniu fidelis cū infideli, & ob easdè rationes, nimirum, ne fides catholici ex còsortio infidelis, aut hæretici periclitetur: & ne proles in eo errore educetur. Si ergo hoc est irritum: ergo & illud. Tandè, quia ob distas rationes aliqui Doctores eesent (& probabiliter) vt disp. præcedenti. n. 6. retuli, matrimoniu fidelis cū infideli esse iure diuino irritum. Eandem ergo probabiliter habebit, esse irritum catholici cū hæretica eodè iure diuino. Cum eadè rationes in vtroque casu militent. Et ideo hanc sententiam

implectantur, glof. finali, verb. contra substantiam, de condit. appol. Hostiensis. c. 2. n. 7. de coniug. seru. & ibi Anchar. n. 1. Lex regia. 15. tit. 1. p. 4. Carreus de hæreticis. n. 177. (habetur tom. 11. tractatu, p. 2.) Simancas de cathol. institut. 40. nu. 46. Rojas singulari. 12. n. vnico.

At proculdubio renouendum est, id matrimoniu, quantum illicitum, esse validum. Probatu primò, quia. c. decreuit, de hæretic. in. 6. videtur supponi id matrimoniu valere, dū ibi de cernitur vxores, quæ scilicet hæreticis nupsere, priuandas esse dote in pœnam delicti, & tamen non iubentur separari. Secundo, quia cū in aliquo textibus. n. præcedenti relatis id matrimoniu veteru, nullibi tamen declaratur fore irritum: nec vsus Ecclesiæ obtinuit, id non valere: sicut in matrimonio fidelis cū infideli vsus obtinuisse diximus disp. præcedenti. n. 8. Immo valere obtinuit vsus, siquidem ferè omnes antiqui, & neoretici (vt mox referemus) validum esse testantur: cum contrariam, nemine dubitante, astruant de matrimonio fidelis eum infideli. Nec canon sextæ Synodi relatus n. præcedenti id matrimonium irritans, auctoritate aliqua Concilij pollet. (Vt de canonibus illius sextæ Synodi probauimus hoc lib. disp. 28. n. 7. Tandem, quia cū matrimonium sit sacramentum, quoad sacramenti necessitatè solum petit paritatem Baptismi suscepti ab aliquo contrahente, quæ in fidei professione disparitas sit. Et ideo huius sententiæ sunt ex Theologis. D. Thom. 4. d. 39. q. vnica, art. 1. ad 5. Albertus Magnus. e. d. 39. ar. 4. D. Bonau. ibi. art. 1. q. 1. Durandus. q. 1. ad 2. Ricard. art. 1. q. 1. ad 2. & in expositione literæ. Paul. q. vnica, art. 1. n. 7. Supplementum Gabrielis. q. vnica, art. 1. sine. Thomas de Argentina. q. 1. art. 1. Carthusianus. q. vnica. Caiet. summa, verb. matrimonium. c. 1. in impedimento. 6. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 6. notabili. 2. Petrus de Soto lect. 9. de matrim. in impedimento disparis cultus. Sotus. 4. d. 39. q. vnica, ar. 2. ad vltimum. Nicolaus de Orbellis ibi. q. vnica. Palacios ibi disp. vnica, col. 6. vers. vnde quod. Ouid. ibi disp. vnica, prop. 1. Idem Palacios. 4. d. 30. d. 30. q. 1. sine. Ledesma. 2. p. 4. q. 61. art. 2. sine. Viguier. lib. institut. c. 16. §. 7. ver. 9. Impedimento. 10. Veracruz. 1. p. Speculi, ar. 31. dubio. 1. concl. 6. Angles florib. 1. p. vbi de matrim. q. 12. art. 1. dubio. 1. còcl. 2.

Bellarm. lib. 1. de matrim. ca. 23. statim in princ. Per. de Ledes. de matrim. q. 59. art. 2. dubio. 4. Barthol. de Ledes. de matrim. dubio. 4. c. 1. Enriquez lib. de matrim. c. 13. n. 4. Toledo lib. 7. summa. c. 7. nu. 7. Valentia 4. p. disp. 10. q. 5. puncto. 3. vbi de impedimento disparis cultus. Azor lib. 8. instit. moral. c. 11. q. 5. Passiarch. de officio Sacerdot. 1. p. 2. lib. 2. c. 5. sine. Ludouicus Lopez. 2. p. instruct. vbi de matrim. c. 13. col. 5. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. c. 230. n. 2. Vuald. candelabr. sacram. 1. p. vbi de matrim. 219. Grassi. 1. p. decis. lib. 2. c. 85. n. 14. Hieron. Llamas methodo curationis. 3. p. c. 8. §. 12. sine. Vega. 1. tomo summa. c. 34. casu. 140. Cañedo summa sacram. vbi de matrim. c. 6. paulò post princ. Et ex Taripertis, glof. cap. non oportet. verb. hæreticis. 28. q. 1. & ibi Archid. n. 4. Bellamera. n. 3. Speculator tit. de diuor. §. vnico. n. 2. Ioan. And. c. finali. n. 8. de condit. apol. & ibi Anton. n. 7. Abbas. nu. 5. Card. n. 3. Propos. n. 6. Alex. de Neuo nu. 12. Henricus. n. 2. sine, & n. 3. Idem Ioan. And. decreuit. n. vnico, de hæret. in. 6. & ibi Archid. n. vnico. Anchar. ad finem. Dominic. n. 2. Franc. n. 1. Idem Henric. c. quanto, sine, de diuor. Alberic. in suo dictionario, litera. I. verb. infidelis, vers. quid de fidelibus. Rainer. 2. p. summa. tit. de matrim. c. 21. Ioan. de Tribur. in summa confes. lib. 4. tit. 10. q. 14. Astenf. 2. p. summa, lib. 8. tit. 21. ar. 1. q. 1. Monaldus summa, vbi de matrim. tit. de dispari cultu, in fine. Brunellus de sponsal. concl. 3. 2. nu. 4. Rossella verb. impedimentum, impedimento. 9. n. 1. & ibi supplementum Pisanæ, impedimento. 9. n. penult. Tabiena ibi, impedimento. 8. n. 1. Angel. verb. matrimoniu. 3. impedimento. 10. n. 8. Sylu. verb. matrimoniu. 8. q. 10. dicto. 3. Armil. verb. matrimoniu. 3. 6. Turrec. c. si quis Cællis, art. 1. nu. 2. in solutione ad 3. & c. caue. n. 1. 28. q. 1. Segura de bonis lucrativis constante matrimonio. nu. 96. & ibi Perez in additionibus. Nauar. summa. c. 22. n. 49. & lib. 4. consil. 1. editione, tit. de clandest. despons. conf. vltimo. n. 16. & tit. desponsal. consil. 38. n. 6. & libr. 5. conf. tit. de hæreticis, conf. 1. nu. 6. in 2. editione, lib. 4. tit. de sponsalib. conf. 5. num. 6. & lib. 5. tit. de hæretic. consil. 2. n. 6. & in vtraque editione, lib. 1. tit. de constitut. conf. 26. nu. 63. Copur. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 11. n. 4. Greg. Lopez. 1. s. verb. non ton hereja, tit. 2. p. 4. Gaeta re petitione. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. q. 169.

n. 423. Antonius Cucus lib. 5. institutionū maiorum. tit. 12. n. 90. Matienço lib. 5. re. copil. tit. 1. rubrica. glossa. i. n. 161. Alexād. Carrerius lib. 5. de sponfal. c. 20. Mozius de contractibus. vbi de matrim. tit. qui possunt matrimonium contrahere. n. 27. Vgolin. de sacram. vbi de matrim. c. 19. n. 6. Peña super Directorium Inquilitorum. 2. p. super verb. decrevit. n. 2. folio. 210. Petrus Bollo economica canonica. 2. classe. c. 4. §. 7. §. disparitas cultus.

Sponfalia verò inita inter personam catholicam & hæreticam, vel apostatā, sunt irrita. Quia promissio illa est de re turpi, & omnino illicita, ac proinde nullā sponfalia obligationem inducere potest. Et ita docet Nauar. lib. 4. consil. tit. de sponfal. i. edit. cōf. 38. n. 6. in 2. consil. 5. n. 6.

Fareatur autē omnes, matrimonium catholicæ personæ cū hæretica, vel apostata, esse peccatum: immo multi explicant esse mortale: & id quidem est verissimū. Quia contrauenit iustissimo Ecclesiæ præcepto interdicentis ea matrimonia, propter periculum fidei imminens coniugi catholico, ac proli. Vt constat ex Concilio generali Calcedonensi. canone. 13. & Concilio Elibertino. c. 16. & Laodiceno. c. 10. & 31. & Carthaginensi. 3. c. 12. & Agathens. c. 67. quod refertur. c. non oportet. 28. q. 1. Quæ, dempto primo, quantum provincialia sint, at sunt approbata à Pontificib⁹, vt refert Simancae de instit. cathol. tit. 40. n. 21. Et ita esse culpam lethalem huiusmodi matrimonium inire, docent Sotus 4. d. 39. q. vnica. ar. 2. ad vltimum. Nauar. summa Hispana. c. 22. n. 49. Veracruz. 1. p. Speculi. art. 32. concl. 6. Palacios. 4. d. 39. q. vnica. columna. 6. vers. vnde quod. Petrus de Ledelma de matrim. q. 59. art. 1. ad finem. Valencia. Philarcus. Cañedo, allegat. n. 2. Emmanuel Sa summa, verb. matrimonium, vbi de impedimentis dirimētib⁹. n. 8. sine: vbi hoc temperat, nisi esset

spes certa conuersionis. Sed non placet, durat enim præceptum, quandiu non redit ad fidem: & facillimo negotio posset inito matrimonio non conuerti.

Hinc tamen excipi debent loca, in quibus hæretici non denunciati, nec notorii clericorum percussores cū catholicis permisti coniuunt, vt in Germania, Gallia, Polonia, in ijs enim ex consuetudine recepta, & tolerata, licent coniugia catholicæ personæ cum hæretica, dummodò catholica liberè permittatur, & absq; peruersionis periculo in fide permanere. Quia ea coniugia inuentur inter aliorū cōtractū ciuiliū obamicitiæ leges, & ad communem pacem, & Reipublicę tranquillitatem tuenda. Et ita colligens ex Nauarro lib. 1. consil. tit. de constit. in vtraque editione, consil. 1. n. 59. & 60. docet Azor lib. 8. institut. moral. c. 11. q. 5.

Pañā verò, quæ in coniugij quandoq; inuentur, vt quidam ex liberis nascituris fidei, alij autem hæresi adhærēt, sunt prorsus impia, & irrita. Quod sint cōtra ius Ecclesiasticum præscribens, vt soboles sequatur conditionem patris fidelis. (vt dicemus disput. sequenti. n. vltimo. Pugnāt enim cum iure diuino, quo attentō, incumbit parentibus cura educandi liberos in fide, ijsque moribus, vt remedia salutis spiritali necessaria adipiscatur. Et ita docet Nauar. eo consil. 1. n. 63. Azor eo. c. 11. q. 6.

Ad argumenta. n. 1. proposita respondetur. Ad primū constat ex dictis. n. 2. vbi diximus, eos canones autoritate Concilij delictos esse. Ad secundū dic, in ijs canonibus prohiberi ea coniugia personæ hæreticę cum catholica. at minimè reddi irrita. Nec militant eadē rationes, quæ in cōiugio fidelis cū infideli. Quia inter hos nequit matrimonij esse sacramentum: & sunt inter se magis dispares: ac infideles sunt obstinatiores. Et per hoc patet ad tertium.

DISPVT. SEPTVAGESIMATERTIA.

An matrimonio inter fideles inito, liceat coniugi iam ad fidem conuerso cum infideli habitare, possitve ab illo diuertere?

SUMMARIVM.

Quæ quæstiones sunt disputanda. n. 1.
An apud infideles sit verū matrimonij.

Et efficiatur sacramentum vtrōq; conuerso ad fidem, & an sit sacramentum ex parte infidelis, si cū dispensatione ducat infidelis. n. 2.

Vales

Valeat matrimonium sola lege canonica interdictum, secus si lege naturali, aut speciali ipsorum infidelium lege irritum sit. n. 3.

An infidelis, repudiata vxore, aliam ducens possit post conuersionem cum posteriori maritare. Et enodatur. c. si quis Gētilis. 28. q. 1. n. 4.

Quid si infidelibus pluribus matrimonio conuictis conuertatur. n. 5.

Matrimonium infidelium dissoluitur sola alterius conuersione. n. 6.

An tempore primitiue Ecclesiæ posset fidelis diuertere à fidelis cohabitatione, et que conuictum cohabitare. n. 7.

An si post conuersionem haberet rem fidelis cū infideli amitteret ius diuertendi, & cohabitans reddere teneretur. n. 8.

Infidelis recedens, aut nolens legitime cohabitare, peccat in matrimonio. n. 9.

An quando infidelis est obstinatus, nec est spes eius conuersionis, teneatur fidelis recedere ab eius habitatione. n. 10.

An post tempus primitiue Ecclesiæ, & presentis, liceat coniugi ad fidem conuerso habitare cum infideli? Refertur quadam sententia. n. 11.

Non est licitum habitare. n. 12.

Quid, si spes subsit conuersionis infidelis. n. 13.

At tunc teneatur fidelis habitare cum infidelis. n. 14.

Quid, si infideli conuerso ad fidem magnum detrimentum sequatur, vt vix periculum, nisi habitet cum infidelis. n. 15.

Quando alter solū ex parentibus est fidelis, quem debeat sequi proles. n. 16.

Questio hæc supponit inter infideles verum esse matrimonij: & de cohabitandi necessitate, quando alter ad fidem conuertitur, tractat. Et potest disputari pro tempore primitiue Ecclesiæ, & pro tempore posteriori. Et idēō triplex est quæstio disputanda. Prima, an, & quando sit validum matrimonium infidelium? Secunda, an tempore primitiue Ecclesiæ liceret alteri cōuerso ad fidem habitare cum infideli? Tertia, an id liceat tempore presentis.

Questio prima. An matrimonium infidelium sit verum? Cui breuiter satisfi, asserendo, apud infideles esse verum, & legitimum matrimonium, non tamen ita perfectum, sicut inter fideles. Quod quidem certissimum est. Et prior pars constat ex. 1. ad Corinth. 7. vbi D. Paulus cōsulit ad fidem conuerso, ne ab infideli cō-

iuge discedat. Quod amplius. n. 7. ostendimus. At id nefas esset, nisi tempore infidelitatis verum iniretur matrimonium. Idque etiam definitur cap. de infidelibus, de consanguin. cap. quanto, & cap. gaudemus, de diuort. Et ratio est, quia matrimonium est non tantum sacramentū, sed etiam contractus naturalis: quauis igitur inter ipsos non possit consistere matrimonium, quatenus est sacramentum, vt potest qui tanquam non baptizati sunt sacramenti incapaces, potest tamen, quatenus est contractus naturalis, instar aliorū contractuum. Posterior etiam pars est certa contra Lutherum dicentem, sacramenta infidelium ita esse perfecta, ac fidelium. Aduersus quem consulendus est Castro aduersus hæreses, verb. nuptiæ, hæres. 3. Et in de constat, quia matrimonium infidelium est sacramentum, gratiamque conferre, & si sit consummatum, nunquam dissolui potest quoad vinculum: & ratum potest dissolui per solam religionis professionem, vel iuxta veriorem opinionē, etiam per Pontificis dispensationem. At matrimonium infidelium nec est sacramentum, nec gratiam conferre, & quantumvis consummatum sit, potest dissolui per conuersionem alterius coniugis ad fidem. (Vt disputatione sequenti latius dicemus.) Et idēō cap. quanto, de diuort. dicitur matrimonium infidelium non esse ratum: quia nimirum dissolui potest per conuersionem alterius ad fidem. Vt bene explicat ibi Glossa, verb. ratum. Verum autem matrimonium infidelium efficiatur sacramentum, vbi primum ad fidem conuertitur, absque alio nouo consensu: & si fidelis cū infideli contrahat, Pontifice dispensante, sit ex parte fidelis sacramentum? Dixi lib. 2. disp. 8. & 9.

Tunc autem est validum infidelium matrimonium, quando non adest in ipsorum matrimonio impedimentum iure naturali dirimens, quauis iure canonico dirimat. Vt expressè decernitur. c. gaudemus, de diuort. eod quod ipsi constitutionibus canonicis minimè arctentur. Erit tamen irritum, si contra leges ipsorum irritantes inear. Vt diximus disput. 3. nu. 5. & sequentibus: vbi etiam de alijs ad hoc spectantibus egimus.

Hinc inferitur, quid dicendum sit de matrimonio infidelium, qui repudiata legitima vxore aliam duxere. Si enim conuertatur ad fidem, cogendi sunt à matrimonio

po-

posteriori tanquam irrito recedere, & ad prius redire. (Vt probabo lib. 1. de disput. 1. num. 11.) Et si possit dissolui matrimonium illud prius, eod quod verus ille coniux infidelis pertinax sit in infidelitate, altero conuerso, iuxta dicenda disputatione sequenti, liberum esset infideli conuerso matrimonium illud posterius inire de nouo, si is coniux conuertatur quoque. Vt expressè deciditur cap. gaudemus, in fine, de diuort. Et ita intelligitur cap. si quis Gentilis. 28. q. 1. quod est ex Euthichiano Pontifice, ibi. *si quis Gentilis uxorem dimiserit ante Baptismum, post Baptismum in potestate eius erit eam habere, vel non habere.* Intelligitur enim sic, si demissa est per repudiū, & nolit ad fidem conuerti, potest conuersus cum illa habitare, si possit absque periculo, vel non habitare, iuxta dicenda. n. 7. Et in aliquo casu nouum inire matrimonium, dissoluto illo priori: iuxta dicenda disputatione sequenti. Et ita explicat Glossa ibi, verb. post Baptismum.

Secundo inferitur, si infidelibus conuersis plures sint uxores, eos separandos esse ab alijs, dempta prima, quæ sola est legitima vxor. Vt expressè deciditur. c. gaudemus, de diuort. quod plures habere uxores aduerfetur iuri naturæ. Quod si legitima vxor monita noluerit conuerti, ita vt liceat conuerso prius illud matrimonium dirimere, iuxta dicenda disputatione sequenti, potest conuersus quamcumque aliam, quæ conuertitur, ducere, sicut posset quamuis aliam personam fidelē. Et ita docet D. Thomas ab omnibus receptus. 4. d. 39. q. vnica, ar. 3. ad 4. Et ibi Sotus, q. vnica, artic. 3. ad 5. animaduertit, cum nulla alia ex prioribus illis vxoribus, dempta prima, conuersus ad fidem, teneri infidelem illum conuersum inire matrimonium: cū nulla alia fuerit legitima vxor. Et addit, idem dicendum esse de Iudæis. Quia est olim vxorum multitudo esset illis permiffa, iam ibi lege Evangelica abolitum est.

Questio secunda. An tempore primitiue Ecclesiæ integrū esset cōiugi ad fidē cōuerso diuertere à reuēte conuerti, essetque consilium cohabitare? Prima conclusio sit. Non est ipsū quod alter ex coniugibus infidelibus ad fidem conuertitur, altero manente in infidelitate, dissoluitur coniugium. Conclusio est de fide. Probat ex 1. ad Corinth. 7. vbi D. Paulus consultat coniugi fideli, ne ab infideli diuertat, si infidelis habitationem admittat.

Et rationem reddit Innoc. III. c. gaudemus, de diuort. ibi. *Cum per sacramentum Baptismi non soluatur coniugium, sed crimina dimittantur.* De qua re latissime disputat D. Augustinus contra Pollentium contrarium asserentem, lib. 1. de adulter. in coniugijs, cap. 18. & sequentibus, & refertur cap. sic enim. 28. q. 1. Et ratio est, quia matrimonium iure naturæ consistit inter infideles, at professio fidei nec naturam, nec eius iura tollit.

Secunda conclusio. Coniux ad fidem conuersus nunquam obligatus fuit ad cohabitandum cum infideli, sed integrum fuit ei semper ab eo diuertere, quamuis infidelis vellet cohabitare absque Dei contumelia, & sine pertratione fidelis ad peccatum: sed tempore primitiue Ecclesiæ fuit consilium traditum à D. Paulo. 1. ad Corint. 7. ne in hoc euentu diuerteret fidelis. *si ceteris ego dico, non Dominus, si quis frater uxorem habet infidelem, & hac consentit habitare cum illo, non dimittat illam: & si qua mulier virum habet infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat illum.* Contrarium huius conclusionis dicentes fuisse præceptum impositum non à Domino, sed ab Apostolo pro tempore illo, quo crebra erant infidelium conuersiones, sustinent D. Ambrosius in eum locum: & ibi Theodoretus, O Echemenius, Gagneius, Isidorus Clarus, Emmanuel Saadé Abulensis. 1. Reg. 8. q. 132. & q. 133. sine Veracruz. 2. p. Speculi, ar. 32. concl. 1. Ceterū conclusio nostra vel ex eo colligitur, quod D. Paulus ait, *Dico ego, non Dominus.* Si enim id Dns non præcipit, non necessario fieri debet ex ipsi coniugij lege, quæ diuina est, nec credendū est, D. Paulū onus tā graue imponere voluisse infideli, qui ad fidem conuertitur, cū Christus id onus non imposuerit, noluit enim Christus, vt fidelis obstructus esset ad conuendū infideli in consuetudine vitæ tam arcta, & familiaris, ac est coniugalis. Huius autem rei duplicem rationē reddit D. Thomas. 4. d. 39. q. vnica, ar. 3. & 4. Prior est, quod adulterium, & infidelitas pari passu curant, quia vtrumque contra bonum prolis est. Sicut ergo vir innocens potest cum adultera habitare, quando in adulterio obstinata non est, sed spes emendæ superest, ad id tamen non tenetur. Ita ad fidem conuersus potest habitare cum infideli, cuius conuersio speratur, ad id verò non obligatur. Posterior est, quia per Baptismum,

qui

qui est regeneratio quæ dā spiritualis, moritur quisquam priori vitæ, ac proinde liber manet seruitute in illa cōtracta, quāuis in aliquo casu possit ea vti. Sicut professus, quod vitæ prior mortuus sit, non tenetur ad vota simplicia in feculo emissā, quamuis possit, si velit, ea implere. Nec obstat seruum infidelem non eximi à seruitute per conuersionem ad fidem. Quia hæc seruitus fidei Christianæ non repugnat, imò eius humilitati conuenit: at esse alligatum coniugem fidelē infideli deditur Christianam religionem. Et quamuis Durandus. 4. d. 39. quæst. 2. num. 8. vtramque rationem confutet. At immeritò, quia neutram vt concludentem, sed vt congruentem permissionis huius, ac priuilegij Christi in fauorem fidei explicati à D. Paulo in verbis allegatis, articulo. D. Thomas. Quare locum illum Paulinum ita intelligat, docentes non fuisse præceptum cohabitandi, sed tantum consilium, & ita nostram conclusionem sustinet. D. Aug. in epistola contra Pollentium, & refertur, cap. iam nūc, & cap. sic enim. 28. quæst. 1. & ferè omnes expositores in eundem locum Pauli, vt D. Hieronymus, Glossa interlinearis, & Glossa ordinaria, quæ desumpta est ex D. Aug. lib. 1. de sermone Domini in monte. D. Anselmus. D. Thom. Nicolaus de Lyra. Petrus Lombardus, Sedulius, Hugo, Carthusianus, Beda, Treius, Arboreus, Catharinus. Et ferè omnes Doctores scholastici, vt D. Thom. 4. d. 39. quæst. vnica, ar. 3. & 4. & ibi. D. Bonauen. artic. 2. quæst. 1. Durandus quæst. 2. num. 8. Ricardus artic. 2. quæst. 1. Palud. quæst. vnica, ar. 2. num. 10. Supplementum Gabrielis. q. vnica, ar. 2. concl. 6. Altissiodorensis lib. 4. summa, tract. 9. cap. 6. q. 1. Ruardus Taper artic. 18. Louaniēsi. 6. quod matrimonium inter infideles. Abulensis. 1. Regum. 8. quæst. 47. Arboreus lib. 6. Theosophiæ c. 10. paulo post principium. D. Anton. 3. p. tit. 1. cap. 6. notabili. 3. Sotus. 4. d. 39. q. vnica, ar. 3. conclus. 3. & 4. Ledesma. 2. p. 4. q. 61. ar. 3. fin. Viguerius lib. institutionū. c. 16. §. 7. vers. 9. impedimento. 10. Angles Floribus. 1. p. vbi de matrim. q. 12. ar. 1. in principio. conclus. 1. Ouandus. 4. d. 39. disp. vnica, propositione. 10. Henriquez lib. 11. de matrim. c. 15. nu. 12. Valeria. 4. p. disp. 10. q. 1. puncto. 7. colum. 2. & in controuersijs, lib. vni. co de indissolubilitate matrim. c. 2. Petrus de Ledesma de matrim. q. 59. ar. 4. dubio 1. & d. bio. 2. in 1. supposito. Bartholomæ.

Ledesma de matrim. dubio. 55. conclus. 3. Ludouicus Lopez. 4. p. instruct. vbi de matrimonio. c. 53. notabili. 3. Grassis. 1. p. de officio. num. lib. 2. c. 85. nu. 12. Vualdus candelabro sacram. 1. p. vbi de matrim. c. 22. 1. fin. Cañedo summa sacram. vbi de matrim. c. 7. nu. 66. Vega. 2. tomo summa. c. 34. casu 143. & ex Iurisperitis, Cardin. cap. gaudemus, num. 1. de diuort. & ibi Alexander de Neuo in principio, nu. 4. Præpos. c. quanto nu. 5. eodem, tit. & ibi Henricus, nu. 2. Ioannes de Triburgo in summa confessionum, lib. 4. tit. 10. q. 2. Astenfis. 2. p. summa, lib. 8. tit. 21. ar. 2. q. 5. Monaldi summa, vbi de matrim. tit. de dispari cultu, paulo post principium. Rosella, verb. impedimentum, impedimento. 9. nu. 3. & ibi Supplementum summa Pisana, impedimento. 9. nu. 3. Tabiena ibi, impedimento. 8. q. 2. nu. 3. Angelus, verb. matrimonium. 3. impedimento. 10. nu. 5. Sylu. verb. matrimonium. 28. q. 10. d. 9. Turreer. c. si quis Gentilis. 28. q. 1. ar. 2. n. 3. Nauar. summa. c. 22. n. 49. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 1. n. 2. & c. 7. §. 4. n. 5. Gaeta repetitione. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. q. 171. n. 425. Matiego lib. 5. recapit. tit. 1. rubrica. glos. 1. n. 160.

Adde nec teneri fidelē habitare cum infideli, quamuis conuersus ad fidem copulam habuerit cum eo coniuge infideli: & si fecus fit in adulterio carnali. Quod culpa adulteri possit ad coniugē condonari, in cuius fauorem conceditur diuortium: & per copulā censetur condonata. At culpa infidelitatis nequit à cōuerso ad fidem remitti, nec id diuortium datur in fauorē ipsius, sed in fauorem fidei, quam decebet vt coniux fidelis astrictus sit coniugij infideli tam arcta vitæ consuetudine, ac est cō iugalis. Ita Sotus. 4. d. 39. q. vnica, ar. 3. ad 2. vers. arguitur autem. Vnde non est audiendus Abulensis. 1. Regum. 8. q. 127. vbi ait fidelē habitantem cum cōiuge infideli, teneri ei debitum reddere. Quia nō est cur priuort infidelis hoc iure petendi. At dicendum est eum nō teneri. Quoniam cū eo priuilegio gaudet in fauorē fidei, vt solutus sit à vinculo seruitutis cōiugalis quoad thorum, & cohabitacionem, nec ob copulam eo priuort, nunquā cōstringitur reddere debitum, sicut nec cohabitare, dum alter in sua infidelitate persistit.

Hinc deducitur, infidelem qui non conuertitur vnā cum altero coniuge ad fidem reducto, peccare in Deum, & in legem mo

rimonij, vt ait. D. Ambros. 4. Corinth. 7. relatus. c. fin. 28. quaest. 2. Quia ius ipsum diuinum suscipiendi baptismum, quod omnes obligat, astringit in hoc euentu infidelium illum. peculiari ratione matrimonij. Cui enim lex matrimonij obliget illum vt sequatur coniugem conuersum, & ne prebeat illi iustam diuortij ansam, obligat subinde vt fidei suscipiat, quod ad id necessarium est. Quare illa respues peccat aduersus generalē Dei legem obligantem omnes ad fidem suscipiendam: & aduersus specialē matrimonij legē, quæ ad id astringit, quod diuortij causa vitetur, vt bene explicat Sotus. 4. d. 39. q. vnic. ar. 3. ad finē corporis, & melius ar. 4. col. 8. vers. contra hoc tamen.

Quando autem infidelis ita obstinatus est, vt eius conuersionis nulla spes probabilis subit, an teneatur fidelis recedere, quāuis veller infidelis pacificē, & sine eratoris contumelia habitare, nō inuenio Doctores cōcordes. Nā Monaldus summa, vbi de orum sectam. Et quarta expositio profert esse, nou esse ibi sermone de vniuersis infidelibus, sed de solis iudeis, qui obstinatiorē sunt in sua perfidia: & ideo canon ille non videtur extendendus ad reliquos infideles, in quibus non militat eadem separationis ratio. Quare Glossa manifestē est eius sententia, vt hodie liberū sit infidelem relinquere, aut cum illo habitare, quando infidelis absq; Dei contumelia, & attractione ad peccatum eligat habitationem. Quod etiam expressē tenet sequens secundam expositionem, Monald. summa, vbi de matrim. tit. de dispati cultu, vers. item sicut notauit. Et addit non esse discrimen inter infideles quoscuq;, & iudeos, si velint cum conuerso ad fidem cōiugē habitare absq; Creatoris contumelia. Idem sequitur Abulensis. 1. Regum. 8. q. 81. sequens secundam expositionem. Idem tenet Veracruz. 2. p. Speculi, art. 32. concl. 3. & in fine totius articuli amplectitur vltimam expositionem traditam. Et idem videtur sequi Nauar. summa. c. 22. n. 49. vbi nulla eius decreti mentione facta ait melius esse ne fidelis recedat ab infidelis consortio.

Ceterum verius est tria secula distinguenda esse. Primum est ab Apostolorum tempore, & sexcentis postea annis, quo spatio frequens erat conuersio & iudæorum, & quorundam aliorum infidelium: atq; ideo eo tempore permittebatur iuxta consiliū, D. Pauli. 1. Corinth. 7. habitatio coniugis

infideli nolēte conuerti habitare? Difficultatem in hac reingerit decretum concilij Toletani. 4. cap. 62. relatum. c. iudæi. 28. q. 1. vbi decernitur vt vxores iudæorū ab ipsis separentur, nisi ab Episcopo admoniti fidem suscipere iudæi voluerint. Glossa ibi, verb. iudæi haereticas tradit expositiones. Prima est, eum textum loqui quando mulier sola conuertitur: vnde diuersum est, quando vir solus conuertitur. Quia cū mulieres faciliores sint, ac magis subditæ viris, multo magis presentaneo peruersionis periculum ipsis imminet ex viri infidelitate, quā ē contra. Secūda expositio est, vt intelligatur, quando iudæus habitare nequit absq; creatoris contumelia: vel si vniuersaliter intelligatur, esse correctū per e. quanto. de diuort. quod multo post tempore in lucem editum est. Tertia est, vt intelligatur, quando tempore cōtra matrimonij vterq; coniug fidelis erat: & mox vir à fide apostata effectus transijt ad iudæorum sectam. Et quarta expositio profert esse, nou esse ibi sermone de vniuersis infidelibus, sed de solis iudeis, qui obstinatiorē sunt in sua perfidia: & ideo canon ille non videtur extendendus ad reliquos infideles, in quibus non militat eadem separationis ratio. Quare Glossa manifestē est eius sententia, vt hodie liberū sit infidelem relinquere, aut cum illo habitare, quando infidelis absq; Dei contumelia, & attractione ad peccatum eligat habitationem. Quod etiam expressē tenet sequens secundam expositionem, Monald. summa, vbi de matrim. tit. de dispati cultu, vers. item sicut notauit. Et addit non esse discrimen inter infideles quoscuq;, & iudeos, si velint cum conuerso ad fidem cōiugē habitare absq; Creatoris contumelia. Idem sequitur Abulensis. 1. Regum. 8. q. 81. sequens secundam expositionem. Idem tenet Veracruz. 2. p. Speculi, art. 32. concl. 3. & in fine totius articuli amplectitur vltimam expositionem traditam. Et idem videtur sequi Nauar. summa. c. 22. n. 49. vbi nulla eius decreti mentione facta ait melius esse ne fidelis recedat ab infidelis consortio.

Ceterum verius est tria secula distinguenda esse. Primum est ab Apostolorum tempore, & sexcentis postea annis, quo spatio frequens erat conuersio & iudæorum, & quorundam aliorum infidelium: atq; ideo eo tempore permittebatur iuxta consiliū, D. Pauli. 1. Corinth. 7. habitatio coniugis

ad

ad fidem conuersi cum infideli, propter spem eius conuersionis, quando habitare volebat absq; Dei contumelia, nec petrahebat fidelem ad peccatum. Et eo seculo floruit. D. Aug. relatus. c. sic enim. 28. q. 1. & ita tenuit hac partem. Secundum seculum subsequutum est, quo rarissimē Hebræi ad fidem reducebantur, erantq; pericaciores in sua perfidia: quo tempore edita est Synodi Toletanæ constitutio, num. præcedenti relata: qua decretum est, ne vxores fideles habitare permitterentur cū Iudæis fidem admittere renuentibus. At de cæteris infidelibus nil ibi statutum est, quod non ita obstinat in sua perfidia essent, vt merito eorum conuersio desperanda esset. Tertium tandem seculum successit, quo Ecclesiæ consuetudine receptum est, ac præceptum indutum, ne coniug ad fidem conuersus permitatur cum infideli cuiuscumq; sectæ habitare. Quod successu temporis experientia docuerit non modicum peruersionis periculum imminere coniugi alteri fideli ex infidelis consortio. Nec hic ecclesiasticus mos aduersatur consilio. D. Pauli. Quia præcepta humana, nedum cōsilia, possunt necessitate id sua dente variari successu temporum, vt habetur. c. non debet, de consan. & affin. Quare hodie non licet alteratri coniugis fidē profertenti permanere in consortio coniugis infidelis, sed tenetur ab eo nolente ad fidem conuerti, diuertere, quantumuis possit absq; creatoris contumelia habitare. Et ratio diuersitatis huius est, quod initio natalentis Ecclesiæ tam efficax gratia & affectus ad fidem in tyronibus fidei erat, vt formidanda minimē esset eorum peruersio, quin potius probabilissimē speranda infidelis coniugis conuersio ex fidelis consortio. Quæ refrigescēte postea charitate, ac feruore mutata sunt. Adde in principio magnam fore tranquillitatem Reipublicæ perturbacionem, si quando tanta erat infidelium copia, non liceret coniugi ad fidem rediitō habitatio cum infideli: valdeq; ad suscipiendam fidē deterrērentur infideles præcepto imposto dimittendi cōiugis infidelis. Et ideo hanc sententiam sustinent. D. Thom. 4. d. 39. quaestio vnic. ar. 3. ad 2. D. Bonau. ibi, in expositione litteræ, num. 2. Durandus, quaest. 2. num. 11. Ricardus art. 2. quaest. 1. Maioris, quaest. vnic. columna. 2. vers. fortē dicitis. Supplementum Gabriellis, quaest. vnic. ar. 2. conclus. 5. Nicolaus de Lyra in illud. 1. ad Co-

1. Corinth. 7. Si quis frater vxorem habet infidelem, nu. 8. & ibi Dionysius Carthusianus. Ledesma. 2. p. 4. quaest. 6. art. 3. paulō post principium. Sotus. 4. d. 49. q. vnic. ar. 3. circa solutionem ad 4. & ibi Palacios disp. vnic. a. columna penultima, vers. ad monendum. Quandus ibi, disp. vnic. a. propositio. ne. 10. Henriquez lib. 11. de matrim. c. 15. nu. 12. Manuel. 1. tomo summæ. 1. edition. c. 230. nu. vltim. Petrus de Ledesma de matrim. q. 59. ar. 3. sine, & art. 4. dubio. 2. in 3. præsupposito. Ludouicus Lopez. 2. p. instruct. vbi de matrim. c. 53. post. 3. notabil. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio. 55. post. 3. conclusionem. Veg. 2. tomo summæ. c. 34. casu. 143. Cañedo summa sacram. vbi de matrim. c. 7. num. 66. & ex Iurisperitis, Henricus. c. quanto, nu. 2. de diuortijs. Ioannes de Triburgo in summa confessorum. lib. 4. tit. 10. q. 2. Añensis 2. p. summæ. lib. 8. tit. 2. art. 2. q. 1. Turrec. cap. si quis Gentilis. 28. q. 1. ar. 2. n. 5. in solutione ad 2. Sylu. verb. matrimonium. 8. q. 10. dictio. 5. fin.

Sed quid, si spes subesset conuersionis infidelis coniugis ex fidelis consortio, an liceret tunc fideli cohabitare. Sotus. 4. d. 39. q. vni. ar. 3. in solutione ad 3. vers. quod si roges. Et Bartholomæus à Ledesma dubio. 55. de matrim. ad finem. Ludouic. Lopez, & Vega, nu. præcedenti allegati negant id licere: & addit Sotus, quacunq; spe assurgente conuersionis infidelis. Sed Palacios. 4. d. 39. disput. vnic. a. columna penultima, vers. arbitrator autem, & Petrus de Ledesma de matrim. q. 59. ar. 3. sine, sentiunt id licere, quando breui conuertendū infidelem speraretur. Quod tunc cesset ratio legis cohabitationem interdictentis. Sed quamuis hoc in casu rarissimo posset amplecti: at casus est ita rarus, vt veltus existimem absolute quod priores Doctores afferunt. Eo quod tunc ratio legis cesset in casu quodam particulari. At lex non respicit quæ ratio tamen. I. nam ad ea. ff. de legibus. Posset tamen ex Episcopi dispensatione ea cohabitatio admitti in iis infidelium infulis, vbi eretior esset eorum conuersio: atq; ita possit Episcopus amplius temporis spatium concedere, vt infidelis conuersio expectaretur, quando nullum subuersionis periculum subesset, & spes probabilis esset fore vt infidelis conuertetur. Sic Sotus eadem solutione ad 3. vers. in infulis verō. Bartholomæus à Ledesma, Ludouicus Lopez, Vega proximē allegati.

Ff 2

Ouan.

Quandus. 4. d. 39. disp. vnica, propositio-
ne. 10. Angles Floribus. 1. p. vbi de matr.
q. 12. ar. 2. dubio. 1. conclus. 1. Cañedo sum-
ma sacram. vbi de matrim. c. 7. n. 66.

14 Hinc deducitur non approbandum esse,
quod docent Veracruz. 2. p. Speculi, art.
32. conclus. 4. Angles Floribus. 1. p. vbi de
matrim. q. 12. ar. 2. in principio, conclus.
2. Petrus de Ledesma de matrim. q. 59. ar.
3. notabili. 3. nimirum, teneri conuersum
præcepto correctionis fraternæ non recedere
ab infideli, quando est certa spes eius
conuersionis. Et ita subdit Veracruz apud
Indos noui Orbis videri hoc esse in præ-
cepto. Quod bona de eorum conuersione
conciptur spes. Sed quantum hoc sit probabile,
at verius existimo contrarium, & confert
quod diximus, num. præcedenti. Si enim
in hoc euentu non licet habitare fidelem:
a fortiori ad id non tenebitur. Et omnes
Doctores, num. 7. allegati valde fauent
huc parti, dum dicunt fuisse tantum
consilium tempore Apostolorum habitare
fidelem cum infideli, quando spes aliqua
conuersionis infidelis aderat. Nam ea
spe deficiente præceptum erat fidelem
recedere, vt ex D. Thom. & alijs probauit.
10. Nec obstat præceptum correctionis fraternæ
obligans ad consulendum saluti spiritali
proximi. Quia cum Christus priuilegium
concesserit in fauorem fidei, vt eorum
fidelis recedere possit ab infideli (vt dixi,
num. 7.) non est ab eo priuilegium is casus
rarus excipiendus. Nec præceptum correctionis
fraternæ cum tanto coniugis fidei
derimento obligat, vt cogatur eum
coniuge diuersæ religionis habitare, cedere
que; priuilegio suæ libertatis in fauore
væ religionis assumptæ sibi concessio.

15 Id tamen fatendum est, præceptum hoc
diuertendi à coniuge infideli nolente con-
uertere, non obligare cum vitæ discrimine,
sicut nec alia præcepta humana cum eo ob-
ligant. Quare si infidelis apud suos con-
uerteretur ad fidem, & ne proderetur eum
vitæ periculo, commaneret cum coniuge
infideli, feruato iure diuino peruerisionis
discrimen cauendum distanti, vacaret cul-
pa. Atque ita docent Sorus. 4. d. 39. q. vnica,
ar. 3. in solutione ad. 3. sine. Petrus de
Ledesma de matrim. q. 59. ar. 3. sine, & art. 4.
dubio. 2. præsupposito tertio. Ludouicus
Lopez. 2. p. instr. de matrim. c. 53. post.
3. notabile. vers. deinde postremò. Grassis.
1. p. decisionum, lib. 2. c. 85. nu. 13. Quam-
uis minus bene contradicant Angles Flo-

ribus. 1. par. vbi de matrim. q. 12. art. 2. dubio.
1. conclus. 2. & Vega. 2. tomo summæ
c. 34. casu. 147. dicentes teneri statim ad
Ecclesiam Catholicam migrare.

Tandè rogabis, quando alteruter parès
solus fidelis est, vtrum eorum sequi debeat
proles? Breuiter sic distinguendum est, si
proles sit doli capax, nõ est cogenda ad fidem,
sed suæ libertati relinquenda. Nullus enim
sui cõpõs ad fidem cogendus est, vt definitur
in conc. Tolet. 4. c. 56. & refertur. c. de
Iudæis. 45. d. & docet. D. Aug. contra literas
Periliani lib. 2. c. 83. relatus. c. ad fidem. 23.
q. 5. Si autè nõ sit doli capax, eius cõditio-
nè sequi debet, qui ad fidem cõuertitur, vt
si pater conuertatur, decernitur in fidei fa-
uorem. c. fin. in fine, de conuers. infid. &
siue pater, siue mater conuertatur, decerni-
tur in concilio Toletano. 4. c. 62. & refertur
c. Iudæi. 28. q. 1. & ratio est, quia eò ipso
quod alteruter coniux est fidelis, ius ha-
bet Ecclesia compellendi ipsum vt prole
doli minimè capacem baptizet, vt decerni-
tur eodem decreto Toletano relato. d. c.
Iudæi, vbi Glossa, verb. Iudæi, ait id eò
esse: quod parens conuersus sit iam de
Ecclesiæ foro, ac prouide filij eius. c. cum
multis. 15. q. vlt. Et ita tenet. D. Tho. 4. d. 39.
q. vnica, ar. 4. ad 4. ab vniuersis Theologis
receptus. Et vniuersi Iurisperiti. c. fin. de
cõuers. infid. vt Host. ibi, in fin. Ioan. And.
n. 7. Anton. n. 9. Abb. n. 8. Cardin. q. 4. fin.
Anchar. in fin. Henricus, num. 4. In dubio
autem an vsu rationis proles gaudeat, in
fauorem fidei inclinandum est, vt bene do-
cent Sorus. 4. d. 39. q. vnica, ar. 3. in solutio-
ne ad. 2. vers. Iudicatio tãdem. Emmanuel
Sa summa verb. matrimonium, vbi de im-
pedimentis dirimentibus, nu. 8. vers. con-
uertum. Quamobrem licet iure attento fi-
lius minor triennio apud matrem educan-
dus sit, maior autem apud patrem. l. neque
C. de patria potest. At id fallit, quando al-
ter parens infidelis est: tunc enim infans
& si triennio minor, est apud patrem fide-
lem educandus: & quamuis sit maior, apud
matrem fidelem. Quod ratio grãtis, & pa-
triæ potestatis cedant fauori fidei. Sic do-
cent Gloss. cap. finali, in fine, de conuers.
infid. & ibi Henricus, nu. 4. Abulensis. 4.
Regum. 8. q. 89. Quamuis Lancelotus In-
stituta iuris canon. lib. 2. tit. de diuortijs. 5.
item si alter, verb. assignabitur, minus bene
dicat puerum minoreni triennio semper
apud matrem educandum: maiorem
verò apud parentem fidelem.

DISPUT. SEPTVAGESIMA QVARTA.

An coniugi ad fidem conuerso integrum sit prius matrimonium dissol-
re, ac ad aliud transire, vbi alter conuerti renuit, aut saltem habitare
non vult absq; Dei contumelia, aut pertractione ad peccatum?

SVMMARIVM.

Quando vterque coniux ad fidem conuertitur, neutri licet prius matrimonium dissol-
uere, nu. 1.

Quotuplex difficultas pertractanda sit, nu. 2.

An infidelis nolente habitare sine Dei contumelia, aut sine pertractione ad peccatum, liceat conuerso id matrimonium dissol-
uere, & ad aliud transire? Refertur quedam sententia, nu. 3.

Potest, & tunc prius matrimonium dissoluitur ex Christi priuilegio, nu. 4.

Quid, si infidelis cohabitare nolit ob fidelis adulterium? nu. 5.

Quid sit nolle habitare sine Dei contumelia, & absque pertractione ad peccatum? nu. 6.

Satisfit argumentis, nu. 7.

An quando infidelis conuerti renuit, at vult habitare sine Dei contumelia, & pertractione ad peccatum, possit fidelis dissol-
uere prius matrimonium, & aliud inire? Refertur quedam sententia, nu. 8.

Proponitur sententia Authoris, nu. 9.

Tunc dissoluitur matrimonium ex Christi priuilegio, nec id mutatum est, nu. 10.

An desideretur iudicis sententia, vt id matrimonium dissolui possit? nu. 11.

An præquiratur infidelem moneri, an velit conuerti, aut legitime habitare? nu. 12.

Quid, si aliunde moraliter constet obstinatio infidelis? nu. 13.

Quid, si infidelis adeo distet, vt commode requiri nequeat? nu. 14.

An sufficiat factu constare voluntate infidelis, vt quia ille transiit ad nuptias? nu. 15.

Quid, si dubium sit de infidelis voluntate: vel quidam nuntius illam refertur? nu. 16.

An desideretur iudicem præferre terminum intra quem infidelis conuertatur? nu. 17.

An infidelis inducias petenti ad conuersionem, sint annuendæ? nu. 18.

An sit opus adhibere testes obstinationis infidelis? nu. 19.

Soluuntur argumenta, nu. 20.

Liud est querere an possit dissolui matrimonium altero infideli renuente conuerti, aut legitime habitare: de quo esse præfens disputa-

tio. Aliud autem, an ipso facto dissoluatur tunc matrimonium vinculi: de quo subsequens instituitur. Et quidè quãdo vterq; infidelis ad fidem conuertitur, omnibus est com-
pertum minimè dissolui posse prius matrimonium, sed omnino firmum manere. Quia nil est cur dissoluatur.

Duplex autè difficultas pertractanda est. Prior, an quando infidelis aut omnino re-
nuit cohabitare: aut nõ vult sine contumelia Saluatoris, aut sine pertractione fidelis ad peccatum mortale, integrum sit fidelis id matrimonium dissol-
uere, ad aliudq; transire? Posterior, an id liceat, quãdo infidelis con-
uertere renuit, at vult habitare sine contumelia Christi, & sine pertractione fidelis ad peccatum?

Circa priorè difficultatè, Caeter, in eò locum ad Corin. 7. Nõ enim seruituti subie-
ctus est frater, non solùm se mirari dicit, sed etiã stupere, qd excipite Christo solis for-
nicationis causam, vt liceat innocenti coni-
ugi recessus, nõ admittat DD. in eò euentu
coniugij vinculum dissolui: & tamè D. Paulus
id nõ ita clarè assertè, colligat ex eò testi-
monio posse matrimonium dirimi altero in-
fideli coniuge nolente habitare eum conuerso
ad fidem, aut nõ sine contumelia creatoris,
aut sine pertractione ad peccatum mortale
habitare volenti. At statim quasi se corriges
subdit admittendũ esse eum sensu testi-
monij. D. Pauli, eò qd antiquo Ecclesiæ vsu
receptus sit, & is textus eum sensu patiat. Et
audacius loquitur est Arbor. lib. 6. Theof.
c. 10. fin. vbi tãquã opinione relinquunt, ad
possit tunc dissolui matrimonium, & dicit
liberũ esse cuiusq; vtrã eligere velit opinio-
nè. Et probatur tunc nõ posse dissolui. Pri-
mò ex illo Math. 16. vbi Christus dicit,
Quos Deus cõiungit, homo non separat: vbi in-
distinctè id de quõedq; matrimonio vali-
do asseruit, quale est infidelium. Secundo,
quia D. Paul. ad Rom. 7. sola coniugis alte-
rius morte posse dissolui matrimonium eò
summatũ cõstituit. Nec, 1. Corin. 7. dixit nõ
lète habitare legitime infideli dissolui ma-
trimonium, sed fas esse fidelis discedere, nec